

Sancti Hieronymi Stridonensis Opervm, Tomi ...

Continens Commentaria In Matthaevm, Et Epistolas Pavli Ad Galatas, Ad Ephesios, ad Titum & Philemonem, & librum Didymi de spiritu sancto a Hieronymo versum ... Ad Fidem Vetvstissimorvm Exemplarivm, Dvcentis Circiter Svblatis Erroribvs Emenda

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75102](#)

A DIVO HIERONYMO PRESBYTERO
INSCRIPTA, FALSO TAMEN, IN EVANGELIUM
SECVNDVM MARCVM

P R A E F A T I O .



Matt. 13. g.
Mar. 12. d.

Luc. 16. d.

Ezech. i.

B

Mnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thefauro suo noua & vetera. Ego vero similis pauperculæ viduae, duo minuta in gazophylaciū mitenti, dissentibus meis pauperculis, ac de paupere per sperantibus alimenta, has de mensa diuitium mittimicas, quas catuli mei audiē cum Syrophænissā fligitant. Porro anxius aurum & argentinum, lapides pretiosos minimè habens, pelles scilicet hyacinthinas de cœlestibus, non de terrestribus offeram: si potuero, de naturis, id est, de Marci Euangelista historia, vel mystico intellectu (ut maiores mei tradiderunt) Deo adiuuante intimare curabo. Quem ideo Euangelia tractantes, intactum (ut puto) prætereunt: quia eadem penè quæ Matthæus narrat, licet in proprijs quibusdam sint distincti testimonij: ut ala alterius, alam alterius tangat animalis: & rotam eadem sequatur via, & ut versis inuicem vultibus sese sancta contueantur animalia. In primo canone Marcus cum Matthæo Lucaque comitatur & Ioanne. In secundo cum Matthæo & Luca. In quarto cum Matthæo & Ioanne. In sexto canone, velut in uno vœte duo annuli, Matthæus semper coniungitur & Marcus, id est, in quadriginta & septem capitulis. In octavo canone cum Luca comitatur, id est, in tredecim capitulis. In proprijs vero, quæ maximè vñcunq; explanare dispono, decem & octo incedit speciatim capitulis: quæ simul omnia ducenta & trigintaquinque sunt capitula.

Marcus Euangelista Dei, Petri discipulus, Leuiticus genere, & sacerdos, in Italia hoc scripsit Euangelium. Qui initium Euangeli sui de vocibus prophetarum præsumens, præcursum Christi Ioannem, Malachiam, id est, angeli testimonio cōprobans, verbum carnem factum voce Esaiae designans, principium euangelicæ prædicationis instituit, & inuenit in verbo vocis, quod in consonantibus, id est, in genealogijs Dei & hominis præuiderat. Vnde totus in primis à perfectione Christi ætatis prædicare inchoat: neclaborat in natuitate infantuli, qui loquitur de perfectione filij Dei. Sed & iejunium numeri legalis, repulsam diaboli, ministerium angelorum proferens, magna in breui comprehendit. Qui primus Alexandria fuit episcopus: cuius per singula opus fuit scire, & Euangelij in se dicta disponere, & disciplinam in se legis cognoscere, & diuinam in carne domini intelligere naturā. Qui seminat post

Matthæum, qui fremit ut leo, qui volat ut aquila, qui discit ut homo, qui immolat ut sacerdos, qui irrigat ut flumen, qui florescit ut ager, qui feruet ut vinum. Christus etenim, de quo loquitur, homo nascendo, vitulus moriendo, leo surgendo, aquila est ascendendo. Quatuor sunt qualitates, de quibus sancta euangelia contextuntur, præcepta, mandata, testimonia, exempla. In præceptis iustitia: in mandatis charitas: in testimonij fides: in exemplis perfectio cōsistit. Ut sunt hæc præcepta. Tunc Iesu præcepit discipulis suis duodecim: In viam gentium ne abieritis: & reliqua: hoc est diuertere à malo. Mandata autem hæc sunt, quibus dicitur: Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem: hoc est facere bonum, & charitatem implere. Testimonia sunt, quæ in ore duorum vel trium testium stant, ut est illud: *Ioannes testimonium perhibet de me: sed habeo testimonium maius Ioanne. Pater ipse qui in me manet, testimonium perhibet de me.* Et ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me: & ego testimonium perhibeo veritati. Exempla vero sunt, quibus Iesum imitantur dicentem: *Dicite à me, quia misericordia vestra est.* Et ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me: & ego testimonium perhibeo veritati. Exempla vero sunt, quibus Iesum imitantur dicentem: *Dicite à me, quia misericordia vestra est.* Et ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me: & ego testimonium perhibeo veritati. Exempla vero sunt, quibus Iesum imitantur dicentem: *Dicite à me, quia misericordia vestra est.* Et ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me: & ego testimonium perhibeo veritati. Has quatuor qualitates psalmographi versus concinunt, dicentes: *Præceptum domini lucidum illuminans oculos.*

Matt. 10. a.
Ioan. 13. d.
Ibid. s. f.

Matt. 11. d.
& s. g.
Ex-
loan. 13. b.
D
Psal. 18. c.

Psal. 118 m.
Rom. 13. c.
Psal. 118 m.
& s. b.

Psal. 118 p.
Matt. 7. a.

T. Tim. 1. b.
loan. 4. c.
Psal. 125.

Historiam maximè præcepta continent. Et alibi: *Latum mandatum tuum nimis, quia qui diligit proximum, totam legem impletum. Item; testimonia tua intellexi: non est enim omnium testimonia intelligere.* Vnde aliás dicit: *Testimonium domini fidele.* Quia potius fide animi, quam oculis carnis testimonium indiget. Quartò: *Iudicia Dei vera, iustificata in semetipsa,* id est, ut sic sint iudiciorū exempla nostrorū iustificata, sicut in iudicijs Dei comperta habemus. Vnde idem videns alio loco ait: *A iudicijs enim tuis timui.* In quo enim iudicio iudicauerimus, iudicabitur de nobis. In his quatuor qualitatibus sunt, timor, fides, spes, charitas. Timore namque incipimus, fide seruamus quod incepimus, spe erigimur, charitate cōsummamur. *Finis enim præcepti est charitas.* Hi sunt quatuor menses, quos Christus ante messem prædictis, dicens: *Nonne quatuor menses sunt usq; ad messem?* Ut & nos per præcepta Dei, & mandata, ac testimonia, atque exempla, maturos post iudicium metamus cum gaudio fructus: qui in lacrymis timoris semina pœnitentię iactauimus in terra, nostros portantes charitatis manipulos cum gaudio, metamus in cœlo.